UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei declamatoribus admodum vtilis et necessaria

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

Prudentiae speties sunt quatuor.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

Visual Library

Prudentiæ ſpeties ſunt quatuor.

Barue. 2 PRima eſt terrena, quæ pertinet ad diuitias. Baruch. 2. filij Agar quærunt prudentiam quæ de terra eſt. Secunda eſt carnalis. Rom. 8. Rom. Prudentia carnis mors eſt. id eſt, cauſa mortis æternæ. Vnde dicit Gloſſa. Gloſſa. Prudentia carnis eſt, cum quis ſtudioſius implet quæ carnis ſunt. Tertia eſt diabolica pertinens ad malitiam, uel ad honores. Diabolus primum diuinitatem appetiti, poſtea malignè homini inuidit. Hiere. ſapientes ſunt Hie. 4. ut faciant mala, benè autem facere negligunt. De his tribus ſpetiebus ti- Iac. 3. git Iacobus dicens. Non eſt ſapiētia iſta de ſurſum deſcendens, ſed terrena, animalis, diabolica, &c. Sapientia enim huius mundi ſtultitia eſt apud deum. Et nota quòd mors oſtendit ſapientiam iſtam eſſe ſtultitiam triplici ratione. Prima eſt, cum ille qui tantum in congregatione diuitiarum laborauit, nudus in terra ponitur. Iob. Nudus egreſſus ſum de utero matris meæ, & nudus reuertar il- Iob. 1. luc. Secunda eſt, cum caro delitiis enutrita, uermibus in eſcam datur. Tertia cum ille, qui uoluit eſſe ſuper

alios,

alios, ſub terra ponitur, & ab homini bus, & beſtiis conculcatur. Quarta ſpecies prudentiæ, eſt ſpiritualis. de qua Chriſoſtomus dicit. Eſt ſapientia ſecundum eloquia dei uiuere. Et Iob. Timor domini eſt ſapientia, & recedere à malo intelligentia. Chriſo. Iob. 28.

Præſumptionis ſpecies ſunt quatuor.

PRima eſt, quando aliquis coram ſuis maioribus, uel æqualibus, ſiue melioribus præſumit, quòd illi non præſumunt. Eccleſiaſticus. Ecc. 32 Audi tacens, & pro reuerentia accedet tibi bona gratia. Idem. Adoleſcẽs Idẽ. 32. loquere in cauſa tua uix, ſi interrogatus bis fueris, habet caput tuum reſpõſum. Idem. loqui in medio magna- Idẽ. 32. torum non præſumas, & ubi ſunt ſenes, non multum loquaris. Secunda eſt, quando quis præſumit de quo præſumendum non eſt. Vt cum aliquis præſumit de uiribus ſuis, uel de amicis carnalibus, uel de diuitiis, uel de aliqua gratia. Conſcriptum ſit. Prou. ultimo. Fallax gratia & uana eſt Pro. ultimo. pulcritudo, &c. Fallax gratia ſimulatorum, qui laudem quærunt; et uana eſt pulcritudo, ideſt uanus decor,